

B.K. 350, 15.

CXVII.

2537

II f
473

19

ADSPIRANTE BENIGNO NUMINE
ET

Permittente Inclita Facultate
Philosophica

QVÆSTIONUM LOGICARUM

T P I A Δ A

Exercitii Academici loco

SUB PRÆSIDIO

DN. M. MICHAELIS Marggraffens

Crimmiciâ Misnici Alumni Eleçt.

Præceptoris perpetim devenerandi, Fautoris
atque Amici omni honoris & amoris cultu
proseqvendi

Publicæ φιλοσοφίαντων ἐξετάσει
subjicit

ADAMUS Bretschneider/Naumburg

A. & Resp.

die 7. Aprilis M. D C. LXIX.

H. & L. C.



LIPSIAE,

120

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

*Dr. M. Kellner, gen. ad.
eredit et, q. politich. et
moral., opere, negotiis.*

X 1862987

2538.

VIRIS MAGNIF. MAXIME REVER. AMPLISS. EXCELLENTIIS.
PERREVER. CLARISS. ET DOCTISSIMIS.

DN. HIERONYMO KROMAYERO, S.S. Th. Doct. & Prof. Publ.
Prim. ejusdemq; ut & Nationis Misn. Seniori, Confistorii Eccles. Adsess.
Cathdr. Ingen. Misn. Cánônico, Academæ Decemviro, Alumn.
Elector. Ephoro, Minor. Princip. Collegii Collegiato &c.
undiquaque Meritissimo.

DN. GEORGIO MOEBIO, S.S. Th. D. & Prof. Publ. Celeberr. &c.

DN. CASPARI LOESCHERO S. S. Th. Licentiato Dignissimo, Pa-
stori Sondershusæ Vigilantissimo, ibidemq; & Vicinarum Eccles. Su-
perintendenti, ac Confistorii Adsessori Primario &c.

DN. DA. FRIEDERICI, Pastori Meranensium Vigilantissimo, & E-
phorias Glauchensis Adjuncto Dignissimo.

DN. JACOBO CRELLIO, Diacono Schmöllæ, in Charissimâ Cha-
risimi Patris mei Patriâ fidelissimo &c.

DN. CHRISTOPHORO Rößler / Pastori in Seubendorff Benè-
Meritissimo.

DN. M. JOH. MICHAELI Bertherm / S.S.Th.St. industriosissimo.
PATRONIS, EPHORO, PROMOTORIBUS, PRÆCEPTORIBUS,
FAUTORIBUS, PATRUELI, AMICIS.

SUMME COLENDIS ET A M A N D I S

Sal. & Officia dicit & offert

M. MICHAEL Marggraff / Crimm. Misn. Alumn. Elector.

Quemadmodum Theologam : Sic omnes Vos, Patroni, Fautores & Amici, amo & colo. Qvæ
causæ, non jam prolixè narro. Potissima est, qvod augmentum in Theologiæ studiò parti
Vestrâm dcebo ; alius verò de aliâ ratione jamdudum sum obstrictus. Qvod Vestram Magni-
ficentiam, Eminentissime KROMAYERE, attinet, probè memini, me, præterqvam, qvod ab ore,
doctrina Theologicæ ntel fundente, pendeam semper anhelus, non semel qvoq; paternam prorsus
benevolentiam, mihi perspicue satis exhibitam, animadvertere tenuis hac potuisse. Id qvod in Vestrâ
qvoq; Maximè Rever. Amplitudine, MOEBI Excellentissime, collaudo. Nondum Vobis pro-
pterea gratum ut publicè manifestavi : Sic, ut jam declararem animum, non difficuler instimulabar.
Vestram verò Plur. Rev. Amplitudinem, LOESHERE Amplissime, quamobrem amem & colam,
facile noverit, qvi Præceptoris Eam, Numburgi olim, & Lipsiæ postea, qyn immò Promotoris etiam
mihi amorem testatum fecisse noverit. Ut nos Conterraneos taceam, quales Vos veneror, Friedericò
ac Crelli, Per Reverendi. Qvæquam & aliud est, qvod, ut amem Vos & colam, impellit. Nempe in
Te, FRIDERICI, ~~magister~~ insignis erga me : in Te verò, CRELLI, vinculum, non amicitia qvi-
dem, ex svavi studiorum commercio qvondam contractæ, qvali me Vobis, KOFERE & WER-
THERE, ô Mei, devictum novi, sed illud, qvô Patrueli Tibi sum combinatus. Tantæ causæ omnes,
sunt, ut facile me compellere ad istam publicam amoris & cultûs professionem potuerint. Ergo
permittite, vos ut amem & colam! Permittite, ut sic amorem & cultû vobis debitum profitear ! Por-
rò amabo Vos & colam, confidens, & à Vobis imposterum me vicissim amatum iri. Ita valete ! &
lavete ! Dab, Lipsiæ è Museo d.6. Aprilis, anno Chr. 1669.

PRÆLOQUIUM.

Quod (a) Cynosura est maria navigantibus, aut rem aliquam adprehendentibus manus: aut pugnaturis cum adversario (b) gladius, id Academiam esse videtur ingresso Logica. Maria sunt Academicæ studia, multis ob profundissimas Disciplina- rum voragine non superatas feliciter, periculosa magis, quam commoda. Res omnium longè pulcherrima est, si humana speles, Philosophia, seu Eruditio (c) non proletaria, persaxa per ignes fugientem posse- sorem fideliter securata, & vel ideo digna, quam calidò quilibet in- defessoq; sibi adquirat studiō. Adversarius non est unus, aut debilis, nec une illius aut leves minæ ac machine, sed multæ ac vebementes, quas eludere scitè hoc opus hic labor est, prorsus elidere laus præci- pua. Quare & quisquis navigare feliciter,

Et cupit optatam cursu contingere metam * & portum, illumstrem banc Cynosuram (d), Logicam contuetur: Quisquis eruditioris au- ferre decus intendit, manum banc, Logicam, adhibet: Quisquis pugna- re fortiter ac superare cum laude adfectat adversarios, hunc sibi gladium, Logicam (e), parat. Intelligo ipsum & ego habtemus. Quapropter, vultore Deo, Academie hujus ingressus altum, & ad portum studiorum felicem tendens, in oculis quoq; banc Cynosuram fero, & ma- num, quā valeam adprehendere, quam debeo, Philosophiam, & gladi- um, quo fugare, quos volo adversarios, adscisco. Ut aurem & inter- eos, quorum id scire omnino interest, haec studiorum meorum confle- ratio, Questiones nonnullas Logicas elaborare, & in presenti hac ven- tilaturis proponere visum est Disputatione. Deus institutum felicitet!

(a) Sidus est in regione Septentrionali prope Polum conspicuum, cuius ultima stel- la inde quoque nomen est fortita, ut communiter Stella Polaris vocetur. Alias Ursæ minor, Der kleine Beer / & à rusticis communiter, der kleine Himmels- Wagen / in respectu ad Urtam Majorem, qua Helice dicitur, Der große Beer oder der große Himmels-Wagen, quod ferè urse aut currus speciem pra sefe- rat, nominari consuevit. Dirigunt a, ad conspectum illius navigantes cursum, & Sidonii maximè, quod ex Ovidii Libro de Trist. El. patet: Dicit enim ibi:

Est duos arctos, quarum Cynosura rotatur
Sidonii, Elicem, Graja carina notat.

Vid. Calepin. in voce Cynos. p. 116

(b) Scil. manus & gladius rationem instrumenti habent valde necessarii, Manu enim adprehendimus feliciter: gladio pugnamus intrepide.

(c) Un-

- (c) Unde legimus apud *Laert.* ista: Eruditio jævenbus sobrietatem, senibus solatium, pauperibus divitias, divitibus ornamentum adfert. Qvod intelligens Socrates, oraculi voce sapientissimus judicatus, dixit, pulcherrimum in terris animal esse excultum doctrina hominem, qvem, si corpore qvoqve sanus sit, felicem judicavit Thales. Vid. Neuhaus. Floril. Philol. p. 259.
- * Horat. Art. Poët. p. 282.
- (d) Similitudinem hanc advertit etiam Laurembergius. Unde Logicam suam inscripsit Cynosuram bonæ mentis.
- (e) Qvod enim Lipsius in Cent. 1. ad Belg. Epist. 39. de Literis in communis affirmit, qvod scil. Literas summum solatum & utilissimum instrumentum censere liceat humanæ vitæ: Id qvoqve de Logica nostra non veremur adserere.

Quæstio 1. Unde dicatur Logica?

§. 1.

Butilem aliquis inutilemque hanc forte adpellat Quæstionem, qvod vel Tironibus liqueat, unde dicatur Logica. Sed temperet ille sibi, & aliquid nos dicturos audire dignetur.

§. 2. (a) Dicimus, non esse futilem, (1) cum à præstantissimis Logicis (2) nec eodem tam modo videamus evolutam.

Qvod enim dignum arbitrantur illi, non tantum proponere aliis, sed & in eodem proponendo & tempus, qvō nihil est pretiosius, & chartam consumere, non facile dixerit aliquis, nisi qvī ipse nihil, quam futilia loqui & facere alias solet, futile.

§. 3. (1) Logicos qvod concernit, qui ad hanc quæstionem in suis libellis respondent, non numerabo hac vice. Tantum dicam, eos vel Antiquiores esse, vel Recentiores.

§. 4. Inter Antiquiores, cum alias non occurrat mihi, (f) Augustinum, Episcopum Hipponeensem, primò loco nomino: Post eum (g) Thomam Aquinatem, & alios (h)

(f) lib. 8. quæst. 63. Floruit enim circa annum Christi 420. cuius anni ipse meminit in Epist. ad Iſichium. Vid. Bellarm. in de Scriptor. Eccles. p. 121. Logicum autem fuisse, & præstantissimum qvidem, ex tot disputationibus & libris, in quibus fortissime pugnavit contra Manichæos, Donatistas, Anthropomorphitas, Helvidianos & Pelagium, patet. Vid. Alsted. Thes. Chron. p. 452. Taceo & Dialetticam scripsi, & Categories decem, quæ Tom. I. Operum continentur. Vid. Bellarm. cit. loc. p. 122.

(g) Vixit ille seculo 13. post Christum natum ab anno 24 ad 74.

(h) Vid. Calagurrit. in Log. Tr. 1. disp. 1. cap. i. n. 1. p. 25.

§. 5. Recentiores plures sunt, quam ut enumerem. Plerosque enim

enim omnes, qui aut Logica Præcepta brevia, aut Commentaria Logica prolixia emisere in publicum, respondisse videre potes.

§. 6. Sed (2) non unū tamē eodemq; modō singulos. Quidam enim à nomine λόγος; quidam verò à verbo λογίζεσθαι Logicam derivatam adserunt.

§. 7. Qui à nomine λόγος; deducunt, eorum id alii de sermone aut oratione externa; alii de ratione; alii de ratiocinatione sive discursu & argumento sive argumentatione; alii deniq; de oratione externa & interna simul intelligendum statuunt.

§. 8. Ut adeo λόγοι (i) distingvant communiter in τοιχοεμον sive τὸν ἔξω, quem orationem alii, alii sermonem aut sermocinationem interpretantur; & ἐνδιάτερον, sive τὸν ἕστω, qui vel ratio & intellectus ipse est, vel rationis & intellectus operatio, conceptus & discursus, aliis λόγοι οὐδὲ λογισμος sive ratiocinatio dictus.

(i) Vid. Aristot. t. post. cap. 10. p. 402. Comptonus in disp. Log. t. sect. 2. n. p. 29.
Advertendum, inquit, sermonem, qui Græcè λόγος dicitur, esse duplicum, internum, quo nobis loquimur, externum, quo aliis. Internus aliud nihil est, quam ipsi intellectus nostri actus; his quippe nobiscum discutrimus, his nobis loquendo discimus, dum unam veritatem post aliam indagamus. Externus homini à natura concessus est, ut cura animal, ut ajunt, sociabile sit, animi sui sensa & conceptus aliis communicare possit. Vid. quoque Reckleb. in *Logica* pag. 1. Jacob. Martini Instit. Log. proœm. pag. 2. Heerboord disp. de rationibus Entium pag. 361. Sic distinguit quoque Nic. Hunnius in Canon. Log. pag. 1. ita tamē, ut duas alias adhuc acceptiores vocabuli λόγος; annotet; quas tamen ad Aristotelis aliorumque divisionem non inepte fortasse referre licet.

§. 9. Inter illos, qui de oratione externa exponunt, est (k) Augustin. Hunnaeus, cui adstipulatus videtur (l) Fr. Murcia, aliiq; quorum argumenta in (m) Hippio ventilata videre, si libet, potes.

(k) Ad quæstionem enim, quā querit: *Unde dicitur Logica?* Respondet: *Nomen Logices à τῷ λόγῳ*; hoc est, à sermone dicitur, quod ad artificiosum & subtile orationis genus, quod docti in suis disputationibus ad aliquid probandum vel refutandum uti solent, viam paret atque patescat. Dialect. proœm. pag. 12.

(l) In proœm. disp. & quæst. pro Dialect. Introduct. pag. 1. si ait: *Logica seu Dialectica* (si nominis Etymologiæ spectat) dicitur à verbo Græco, λόγος, quod idem est, quod sermo. In quibus verbis per sermonem eum intelligere sermonem externum, non forte obscurè probari exinde posse videtur, quod *Dialecticam*, seu *antiquitus Logica* fuerit nuncupata, duorum λόγοι & sermonem interpretatur, addita ratione, quod doceat duos ad invicem disputare & discurrere de re sibi propria, quod sine externo sermone fieri non posse, tam verū est, ut probatione non egeat.

(m) In problem. Log. V. pag. 24. seqq.

§. 10. Verum ut non tolerabilis est opinio ista, eò, quod minus pro Logica, quam par est, videatur dictum; Ita ab ea abeunt (*n*) illi, qui λόγον, quatenus rationem significat, nomen dedisse Logicæ malunt, simulq; rationem addunt notissimam, quod ea rationem si-
ve intellectum informet ac perficiat.

(*n*) In eorum numero sunt non pauci. *Logica*, inquit *Magnificus ac Maximè Rever. Dn. Mitternachius*, *Patronus ac Promotor summopere venerandus*, in perspicuis notis, quas olim ad Medullam Manualis Logici Scharffiani in Gymna-
sio Rutheno-Gerano dictavit in calamum, dicitur τὸ λόγος h. e. à ratione plerique dici videtur, eo quod λόγοι h. e. rationem nostram informet, erudiat, ac mode-
retur, ne à veritate investiganda aberret, & in errorum precipitia abripiatur.
Ita videtur *Stierio* in *Tab. Log. procem*. ubi ait: *Logica dicitur ἡ τὸ λόγος scil.*
καλογρία, à ratione, quam informat ac perficit. Ita videtur etiam *Petro Lau-
rembergio* in *Cynos*, bona mentis pag. 233, ubi hæc habet verba: *Appellata est
Logica τὸ λόγος à ratione, quam dirigit ac informat.* Qui idem post-
quam distinxit λόγοin externum, quem orationem appellat, & internum, quem
rationem vel intellectum indigitat, addit: *Posterior haec acceptio (quā scil. λόγος
rationem vel intellectum notat) Logice nomen dedit.* Ita quoque videtur *Jaco-
bo Martini*, *Philosopho accuratissimo* in discuss. *Ramist. lib. i. cap. 1.p.30.* seq.
Disputans enim, constare firmissimā demonstrationē in *Organo nupsiā Diale-
ticā* pro tota Logica accipi, commodè autem totam ratiocinandi artem Le-
gicam dīci, Etymologiam testem citat dum ait: *Derivatur enim (Logica) à vo-
ce λόγος, quæ rationem significat, quam Ars hac informat.* De quo tamen
Viro, an hæc illius sententia fuerit, ut ratione adserta negaret orationem, non
immeritd dubitamus. Quid id de causa, manifestabimus in Notis ad §. 12. seq.

§. 11. Sed contradicit his (*o*) *Matthias Flacius* (*p*) *Bartho-
linus*, (*q*) *Scharffius* (*r*) alii.

(*o*) Quando ait in opere Log. lib. 1. cap. 7. p. 22. Nomen Logitæ ἡπὸ λόγος
h. e. argumento, vel argumentatione, non autem ab oratione formatur.
Est enim Logica Disciplina bene ratiocinandi.

(*p*) In præceptis Log. Peripat. p. 1. Logica dicitur ἡτο τὸ λόγος, à ratione seu
discursu à noto ad ignotum.

(*q*) In Manual. Log. Procem. p. 1. Λογικὴ dicitur ἡτο τὸ λόγος, à ratione seu
ratiocinatione.

(*r*) Calagurritang quoque adseruisse videtur idem, Logicam scil. ἡπὸ τὸ λόγος h.
e. ab argumentatione dici, cum in Log. Tract. 1. disp. 1. cap. 1. n. 2. p. 26.
ait: Logica in eum finem inventa est, ut nostrum intellectum instruat &
illi methodum intelligendi tradat. Cum enim, addit, intellectus noster con-
genitam sibi rerum cognitionem non habeat, & rerum ignorantiam perse-
cte vincere non possit, Logica fuit necessaria, ut sine periculo roties er-
randi intellectus procederet, & suas operationes in veritatis cognitionem
dirigeret.

§. 12. Non

§. 12. Non placet hæc derivatio aliis. Unde (s) sunt, qvæ accuratius arbitrantur Logicam tam ab interno, qvam Externo quoque appellari λόγω. Ita tamen, ut διὰ τὸ λόγον ἐνδιαφέρεται, sive à Mentali primò, principaliter ac propriè, à reliquo verò, διὰ τὸ οὐρανός φέρεται scil. & συλλογισμὸς λόγος, secundariò minusq; propriè statuatur deducta. Qvæ sententia nec nobis displicere potest.

(s) Sic Magnificus Dn. Joh. Adam Schertzerus, S.S. Th. D. Facult. Theol. p. t. Decanus, Patronus, Promotor ac Praeceptor ad cineres amandus in Breviario Eustach. p. x. Derivatur (Logica) ἀπὸ τῷ λόγῳ, in rationis potius, qvam orationis significatu. Oratio enim (a) absq; ratione nulla, & (b) propter rationem omnis instituitur. Qvæ verba gemellum prorsus Jacobi Martini verbis sensum habent; Utrumq; dicentis (λέγοντος) & illum quidem (τοῦ εἰ τῇ ψυχῇ seu Mentalem & iaternum) ceu praefatissimum maxime informat Ars ea, qvam modò explicandam sumimus, indeq; Logice nomen sibi ferè soli vindicavit, ut ratiocinandi facultatem significet. Qvamobrem & illa huc tanquam sententiam nostram corroborantia ponimus, eti fortasse videri nobis ab eopse Autore in Discuss. Ramist. Lib. 1. supra cit. §. 9. cit. correcta possent. Poterat enim putare aliquis priori huic sententia illam posteriorem §. 9. citatam esse oppositam, idq; exinde, qvod Institutiones Logicas anno 1610. Discussiones verò Ramisticas anno 1623, videamus impressas. Sed bene se habet. Et rationem & orationem intellexisse Logicum illum accuratissimum, evidentissimè legimus in Discuss. Ramist. lib. 2. cap. 9. Qvæst. 4. p. 89r. ubi ait: Logica igitur primariò Rationem, secundariò orationem informat. Atq; si vel omnino interim autoritate hujus tanti Philosophi destituemur, non aliorum tamen ad defendendam sententiam istam subsidio pariter destitueremur. Succurrit Stahlius solidissimus, idemq; qvod Magnif. Dn. D. Schertzerus, nunquam sine nostræ spei solatio nominandus statuit, statuendum à nobis svadet verbis, qvæ tanquam notatu digna adscribimus: Logica dicitur, ait, ἀπὸ τῷ λόγῳ, qvæ vox cum et rationem significet et orationem, à λόγῳ, qvatenus rationem significat, Logicam derivari et cum ratione primariò, cum oratione autem non nisi qvatenus ejus si. gnum est, negotium ipsi esse volunt. Qvod ipsum & ante eum adseruit Vogelius in Epitome Organii Aristot. Th. VI. p. ii. addens, qvod oratio comes rationis sit, ejusq; velut interpres et Symbolum. Cui pollicem qvoq; prescit Excellentissimus Schwenckius S. S. Th. Licentiatus, olim Academ. hujus Prof. Publicus Meritisimus, jam Pastor Lüneburgi Primarius in Procem. Schol. 2. Vide præterea Nic. Hunnius in Canon. Log. procem. p. 2. §. 3. Elegantia ad rem, & qvæ ingenium adcurati Philosophi estimabile satis prodit, distinctione utitur Hippius Problem. Log. V. pag. 29. qvam non tædebit adposuisse. Ait autem: Si per orationem nuda intelligatur oratio Grammatica, que congrua est, nec respicit veritatem, falsa est (opinio, Logicam διὰ τὸ λόγον, ab oratione dici, adserens.)

ferens) qvi Logica veritatem sibi propositam habet, non congruitatem ser-
monis, quemadmodum Grammaticus. Sed si intelligatur oratio Logica, qra qvi-
dem verbis fit & ore, respectum tamen habet ad ea, qra sunt in mente vera vel
falsa, tolerari potest, & convenit cum (ea) opinione, in qra dicitur, qvod, raz-
tione PRINCIPII, quod Logica sit rationis, i.e. efformet in ratione sua effe-
cta, pribus ratiopifia in veritate cogitatione seu inquisitione gubernatur & regi-
tur; sed ratione OFFICII ET FINIS (sic) orationis, qra tunc Syllogismus
dicitur adseqvi suam finem, si ipsum proferimus. Tunc enim judicari potest
ansit verus vel falsus. Hinc dicitur, qvod vocabula sint symbola r̄ar̄ ē t̄n
λογία. Atque hoc sensu, (ratione nimirum officii atqve finis, qvorum illō
defungitur argumentando ex probabilitib⁹ & communib⁹ principiis, hunc vero
adseqvitur Syllogismum proferendo) accepta η λογικη appellacionem habet η
τ̄n τ̄ λογια προφελεχει i.e. ab oratione vel sermone externo, qvi inter eos, qvi
probabilitate disputant, observatur, inquit non sine amore & laude non inman-
dus iterum Magnif. & Maximi Rey. Dr. Mitternachtius, Serenissimo Duci
Mauritio à Concionibus Aulicis Primaris & Confessionibus sacris & Superin-
tendens Generalis, Patronus Exqvistissimus, in citatis supra Notis ad Medullam
suum Manualis Log. Schaffiani.

§. 13. Atq; hac de iis, qui Logicam à nomine λογικη, sed di-
versimode tamen accepto, derivatam adopinantur, sufficient.

§. 14. Restat ut paucis etiam videamus, cui à verbo λογικη Logica
derivare placuerit. Is est, qvem non semel jam nominavimus, celeberrimi nominis Philosophus & Theologus (t) D. Jac.
Martini. Probaturus enim contra Ramum, Logicam universam
rationis Disciplinam designare, hoc utitur medio: λογικη enim à
λογικη, qvod ratiocinari est, derivatur, qvandoqvidem Logica
rationem informat, ut in omni materia, sive ea sit vera, sive ficta, si-
ve necessaria, sive probabilis, & demonstrando & disputando & con-
ferendo verum à falso discernere posimus.

(t) Discusi. Ramist. lib. 1. cap. 1. Quæst. 3. p. 22.

§. 15. Scilicet non tam primam vocabuli originem, quam of-
ficium ipsius Logice, prout verba dilucidè satis probant, intuitus est.
Alias utiq; videri posset ex primis vocabulum incunabulis non pro-
traxisse, quod Philosophus tamen (u) debebat.

(u) Sic enim Aristot. lib. 2. Top. cap. 6. t. 2. Edit. Pacianæ p. 570. ἐτι τὸ εἰπιχε-
εῖν μεταφέρει τὸν λόγον i.e. ut vertit Pacius: Insuper oportet
argumentari translatu nomine ad notationem. Vid. etiam Kekerm. System. Log.
Lib. 1. Sect. post. cap. 1. p. m. 206. seqq.

§. 16. Ex his ergo patet non futilem, ut videbatur, esse hanc

Quæ-

atem ser-
q[ue] q[ui]-
vera vet-
q[ue] rod, et
sua effe-
tus regi-
ylogismus
i potest?
rā, cō tñ
orū illō
nunc verō
habet &
er eos, q[ui]
non inan-
imo Duci
& Superin-
Medullam

sed di-
t.
AozKedg
ominavī-
D. Jac.
niversam
enim à
n Logica
e fīcta, si-
o & con-

quam of-
uitus est.
non pro-
per oportet
ystem. Log.
esse hanc
Quæ-

tionem, quippe in qua tantæ occurunt dissensiones, quas novis se
me posse, imò etiam fortasse debere existimavi.

§. 16. (B) Utilem autem esse, si non $\omega\epsilon\gamma\zeta \tau\mu \ddot{\alpha}\lambda\phi\pi\zeta$, ut plerumq[ue] aut idiotis, aut Sciolis hæc & istiusmodi videntur, tamen ad cognoscendam ipsius Logicæ naturam imò vel ad exercendum etiam ingenium, facile cuiq[ue], qui Logicam & exercitium Logicum amat, patet.

Quæstio II. An Logica sit pars Philosophiae?

§. I.

V Alde agitatur hæc quæstio, inter eos cum primis, qui Academica studia non negligenter excolere student, eoq[ue] ut solidam aliquando eruditio[n]em adquirant, Philosophiā, muliere (a) formosissima, comite ire occipiunt.

(a) Describitur ejus mirabilis pulchritudo à Boëthio Lib. I. Consol. Philos. Prof. I. pag 5. seq.

§. 2. Inter quos cum & ego me esse nōrim, nec alienam fore à me Quæstionem hanc adopinor.

§. 3. Prius autem, quād ad hanc respondeo Quæstionem, quid sentiam, vocabula (b) discutienda omnino sunt.

(b) Præcipit nobis id Philosophus I. Post. c. I. $\pi\epsilon\gamma\zeta \tau\mu \ddot{\alpha}\lambda\phi\pi\zeta$, inquietus, $\delta\dot{\alpha}\dot{\delta}\dot{\alpha}\dot{\kappa}\dot{\kappa}\dot{\kappa}$ $\ddot{\alpha}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}$ $\pi\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}$ $\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}$ $\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}\ddot{\iota}$ h. e. ad bene docendum oportet primum excutere vocabula. Quidali quoque Philosophi monent. Scaliger præterquam, quod sedulè & non semel inculcat Exercit. I. sect. I. & Exerc. 359. sect. I. ratione neri etiam addit Exerc. I. sect. I. istam: Oportet prius vocis usum cognoscere, à quo selenumero provehimur in rei perceptionem. Vid, Sagittarii Axiom. Log. Cœntur. IV. Decur. IV. Axiom. IX. p. 363.

§. 4 Ambigua enim sunt, & propterea suo modo (c) obscura.

(c) Omnis vox ambigua suo modo obscura est, inquit Kekerm. Syst. Log. lib. I. cap. I. p. 210. Docuit illud Philosophus quoque I. Top. cap. ult. 6. Top. c. 2. & alibi. Hinc idem Kekerm. c. I. p. 221. Canonem illum habet: Distinctio vocis ambiguae primum sit in omni rerum consideratione.

§. 5. Quapropter primo omnium, quod post Aristotelem etiam Cicero, Boëtius atq[ue] alii seriò atq[ue] frequenter inculcant, de vocis significatione cogitationem suscipio, & ne, si negligam, inde in miro tandem Labyrinthus me devenire sit necessum, (d) distinguo.

(d) Vid. Kekerm. System. Log. Sect. Post. Lib. I. cap. I. p. 211. seq. Ut adeò vera sit admonitio Galeni Lib. I. de Temp. c. I. Sine distinctione vocis ambiguae velle ad rei considerationem venire, est velle tempus perdere. Falsa autem & absur-



da sententia illius Logici, cuius mentionem injecit Kekerm. d. l. p. 212. qui *ridiculum esse*, ait, *illud praeceptum Logicorum, ut prius vox & m̄bigua distinguatur, quam res definiatur.* Cui recte respondet Kekerm. simili, quod à viatore, in bivio constituto defundunt est. Ut enim is rectâ via procedere non potest, nisi prius, quæ recta, constet: Ita qui benè distinguit, benè docet, juxta *πολὺ θεωρήσας*.

§. 6. Dico autem, ut ὕστερον περὶ τέρτιον consideremus, (1) Philosophiæ, (2) Partis, & (3) Logicæ vocabulum esse ἐκ τῶν πολλάχις λεγομένων.

§. 7. Et (1) *Philosophiam* quidem quod attinet, sumitur ea vel (e) communisimè, vel (f) communiter, vel specialiter & strictè.

(e) Sic accipi apud Politianum & alios, qui huc etiam Logicas artes & mechanicas referunt, dicit Vogel, in Prolegom. Epit. Org. Aristot. Axiom. IV. p. 3.

(f) *Liberales artes omnes* (recentitas vide apud Lauremberg, in Pædia Philos. p. 6.) unico philosophiæ & communi nomine comprehenduntur. *Omnes enim artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent commune quoddam vinculum, & quæcognitione quædam inter se continentur.* Inquit Thom. Freigius in Ciceronian. Lib. III. de Philos. p. m. 95. Quod Celeberrimus etiam Thomasius noster in Schiedasfn. Histor. §. 1. suo calculo adprobat: *Certum est, inquit, philosophiæ vocabulum sic extendi, ut præter Disciplinas principales, quæ solent in Theoreticam & Præticam dividiri, comprehendat etiam Instrumentales.* Unde & dividitur secundum nonnullos, quos etiam Wildenbergius in Phys. Aristot. p. 119. seq. seqvitur, trifuriam. Verba ejus sunt: *Philosophiam trifariam dividit, apud universæ philosophiæ Professores in comperto est.* Quarum una partium Rationalis, alio nomine *Logica*, appellatur, quorsum pertinet *Logica* strictè accepta, *Grammatica* & *Rhetorica*. Altera *Naturalis*, cuius partes *Mathematica*, *Physica* & *Metaphysica*: Tertia: *Moralis*. Quam tamen divisionem, auctore Simplicio, alii contrahunt, Philosophiam bifariam dividentes, in *Theoreticam* & *Præticam*; sic tamen ut *Theoreticam* rursus dividant in *Realem*, de rebus veris, & *Rationalem*, de rebus per rationem inventis, & in solo intellectu existentibus, agentem. Ut ita vel hoc quoque modo ad Philosophiam Logica referatur. Sic tres *Philosophia* partes constituit etiam Plutarchus Lib. I. de placitis. φυσικὴν, θεϊκὴν, λογικὴν. Vid. Wovver. Polymath. cap. xx. p. 243. Atque ea communis sententia Stoicorum est, dicente Hippo Probl. Log. II. & III. p. 7, 11. Vid. etiam Jac. Martini Exercit. Metaph. Theor. II. p. 11.

(g) Sic accipitur, quando communiter dividitur in *Theoreticam* & *Præticam*, ex-esse iusus *Disciplinis Instrumentalibus*, quas inter est *Logica*. Vid. iterum Hippium c. I. p. 11. & Martini p. 12. Quæ divisio quoq; rem, non verò quoq; nomen, Philosophi quoq; est, ut ex 2. Metaph. I. ubi discrimin facit inter *Dialecticam* & *Philosophiam*. Nec uspiam reperitur *Philosophia* in tres partes divisa.

§. 8. (2) *Pars* autem vel *Essentialis* est, vel *Integralis*. *Essentialis* est, quæ ut totum constituit, sic nunquam à toto ut totum maneat, se-

at, separari potest. Integralis verò, quā ad reliquias partes ad sociatā, totum aliquod integratur. (b)

(b) Vid. Jac. Martini Exerc. Metaph. VII. Lib. I. Theor. V. & VI. p. 270. seqq.
Stahl. Tab. Metaph. XIIX. p. 23. & in Discursu p. 80.

§. 9. Deniq; (3) Logicam qvod concernit, dupliciter pariter accipitur. Vel generaliter, qvomodo includit Logicam specialiter dictam, Grammaticam & Rhetoricam? Vel specialiter & strictè, prout eam tantum disciplinam notat, de qua jam instituitur qvæstio.

(i) Vide §. 7. anteced. & Wovver. Polym. cap. III. p. 30. qui ait: Logica Aristotelis ī nūra rēgīn ḥeyanūn. Ea est triplex: Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Vid. etiam Cicer. Lib. V. de Finibus §. 9. p. 142. Edit. Gothofredi.

§. 10. Verba itaq; (l) compendifacio, atq; respondeo: Logica sive generaliter, sive specialiter accipiatur, est pars integralis (m) Philosophia communissimè & communiter consideratae (n). Non item, si Philosophia capiatur strictè, quatenus partes Theoreticam atq; Practicam agnoscit.

(l) Vide argumenta pro & contra adferrri solita apud Hippium I. c. p. 7. seqq.

(m) Manet enim interim Philosophie essentia, etiamsi Logica non adsit. Si qvidem non est impossibile, esse Philosophum, præcisæ cognitione Logices. Intelligo autem Logicam, quatenus pars est Philosophiae, & Artificialis, non quatenus innata qvædam & Naturalis facultas in intellectu hominis est, sine qua tantum abest, ut Philosophus dici, ut ne cognoscere qvidquam, scientificè qidem possit. Vid. Calagurrit. Log. Tr. I. Disp. 3. cap. 2. n. 10. p. 52. Sic post Logicam esse sine reliqua Philosophia, appetet ex eo, qvod sunt, qui Logicam quidem, non interim Philosophiam contradistinctam Logicas probè intelligent.

(n) Vide Scheibler. in Introduc. Log. cap. I. Qvæst. 2. de Defin. Log. p. 54. seq.

Qvæstio III. An Logica sit instrumentum?

§. 1. Satis etiam hæc ventilatur qvæstio inter Logicos, quorum sunt, qui negant (o), sunt qui adfirmant. (p)

(o) Inter eos, qui negant, Stahlius quoque militat in Notis ad Dialect. Horneji p. 6. Non (ergo) inquietus, potest ipsa dici habitus instrumentalis aut organon respectu Disciplinarum aliarum. Examinit enim ante Zabarella sententiam, qua Instrumentum id esse definerat, cuius cum propter aliud sit, tanquam propter finem, ea tantum sit natura, ut ad illum finem adseqvendum utile sit; dixitque, ad naturam habitus Instrumentalis non satis esse, esse propter aliud; sed requiri, ut ipsi prescribatur, ac ut ita loquamus, procedendi modus ponatur ab eo, cuius respectu habitus Instrumentalis dicitur, uti e. g. patet ex arte Pharmaceutica, cui prescribit, & modum parandi medicamenta ponit Medicina. Sic negat quoque Scheibl. Introduc. Log. cap. I. Part. I. Operis Log. p. 52. seq.

(p) Hos inter priori loco merito numerandus est Magnif. Mitternachius in notis cit. Explicat enim verba Definitionis Logicae in Medulla sua data ita: Habitus instrumentum.

QR
774
473

instrumentalis i. e. ejusmodi habitus, qui docet fabricare, vel formare quædam
quæ instrumenta, quibus ipsi veritatis inquisitione uti feliciter possumus. Logica
enim docet v. g. formare propositiones, Syllogismos, definitiones, distinctiones,
&c. quæ omnia sunt instrumenta indaganda veritatis. Et hoc sensu Logica res-
tè appellatur habitus instrumentalis. Sic eorum etiam partes valentibus ratio-
nibus defendit Plur. Rev. & Excell. Dn. Valent. Alberti, S. S. Th. Lic. & Prof.
Publ. Celeberr. Preceptor dilectissimus, in Lect. Publ. de Uso Logice inter alia §. 3. cap. 1. adcuratè Stahlii rationes examinans. Non moleste feres, si verba
ejusd, hic adscripterimus. Ea autem sic habent: Sed hæc (scil. Stahlii) ratio pa-
rum valet, Respondo enim (1) indirectè aut per instantiam. Si enim ob hanc
rationem Logica non esset habitus instrumentalis, sequeretur, quod Grammati-
ca & Rhetorica etiam desinerent esse Discipline Instrumentales, quibus in do-
ctrinis suis nulla disciplinarum & facultatum prescribit. (2) Directè per distinc-
tionem modi prescribendi. Prescriptio enim illa versatur circa rem alterius,
vel circa propriam. Si circa rem alterius, tunc concedo superioritatem pre-
scribentis: Si circa propriam, nego. Adplico, Logica (uti & Grammatica &
Rhetorica) prescribit quidem reliquias disciplinis, sed nihil aliud quam usum
doctrinarum suarum, adeoque rei propria. Et per hanc prescriptionem differt
quidem ab instrumentis vulgaribus, v. g. malleo, ferrâ &c., quæ prescribere ne-
queunt, hanc tamen designit esse habitus Instrumentalis, iisque intellectualis, quia
prout habitus intellectualis est, prescribere potest. Atque ut hoc melius intelli-
gatur notandum est, quod talis prescriptio nihil sit aliud, quam doctrina usus
sui, circa quam hic non datur. Prout igitur hæc doctrina in habitus Instrumenten-
tales cadit, prescribere quidem suo modo possunt dici, sed hec prescriptio non
tollit Conditionem Instrumentalem. Ob hanc aliasque rationes Logica inter
habitus Instrumentales pro eximio aliquo haberi potest. Hac tenuis Excell. Dn.
Professor Alberti. Vide etiam Neld. in Pract. Log. P.I. p.7. seq. Reckleb. c. I.p.3.
Dn. Lic. Schvenkius in Proem. de Nat. & Constit. Log. Scol. 2. §. 2.

§. 2. Accedimus nos ad adfirmantium castra, sic tamen ut di-
camus, instrumentum esse non tam Philosophie ipsius, quam (1) ra-
tione intellectus, effectivè considerati, quat. ab eo usurpatum, (2) ra-
tione objecti, circa quod versatur, & (3) ratione finis, cuius adipi-
scendi gratiâ adhibetur (r).

(q) I logicam intellectus instrumentum esse concedam, inquit Magnif. Dn. D. Scer-
zerg S.S. Th. Prof. P. & Facult. Theol. p.t. Decanus in Brev. Euystach. Qvæst. I. p.3.
qualia sunt omnes habitus intellectuales.

(r) Vide verba Magnif. Dn. Mitternachtii jam modo posita, in quibus tunc ratione
Objecti, tunc Finis quoque instrumentum dici Logicam posse deprehendes. Cui
junge Plur. Rev. Dn. Lic. Schvenkius. c. I. J. Martini in Discuss. Ramist. c. I. Qvæst. 6.
p. 49. & Lib. 2 Exerc. 9. Th. 3 p. 1068. seqq. August. Hunnæum in Proem. I og. p.
14. Nic. Hunnium in Proem. Canon. Log. p. 17. aliosque.

§. 3. Reliqua chartæ spatio deficiente differimus in conflictum
Quovsum Benevolum Lectorem humanissimè invitamus.

F I N I S.

VDT

2538.

VIRIS MAG

DN. HIERO
Prim. ejusde
Cathedr
Elec

DN. GEOR
DN. CASPA
stori Sond
po

DN. DA. F

DN. JACOB

DN. CHRIS

DN. M. JO
PATRONI

M
Q Vemadmo
causē, non
Vestrūm d
ficien^tam, Eminē
doctrinæ Theolo
benevolentiam, n
qvoqve Maximè
pterea gratum ut
Vestrām verò Pl
facilē noverit, qvi
mihi amorem tel
ac Crelly, Per. Re
Te, FRIDER IC
dem, ex svavi stu
THERE, ô Mei,
sunt, ut facilē m
permittite, vos ul
rò amabo Vos &
favete! Dab, Lip



SS. EXCELLENTISS.
TISS/MIS.

Dōct. & Prof. Publ.
nfistorii Eccles. Adsess.
ecemviro, Alumn.
Collegiato &c.

of. Publ. Celeberr, &c.
tiato Dignissimo, Pa
Viçinarum Eccles. Su
mario &c.

Vigilantissimo, & E
nissimo.

e, in Charisimâ Cha
mo &c.

Seubendorff Benè-

h. St. industriosisimo.
PRÆCEPTORIBUS,
CIS.

NDIS

lumn. Elector.
res & Amici, amo & colo. Qvæ
um in Theologiaz studiō parti
trictus. Qvod Vestrām Magni
me, præterqvam, qvod ab ore,
semel qvoq; paternam prorsus
hac potuisse. Id qvod in Vestrā
ollaudo. Nondum Vobis prom
non difficuler instimulabar.
qvamobrem amem & colam,
a, qvī in immō Promotoris etiam
qvales Vos veneror, Friederic
os & colam, impellit. Nempe in
LI, vinculum, non amicitia qvi
Vobis, KOFERE & WER
mbinatus. Tanta causa omnes,
professionem potuerint. Ergo
vobis debitum profitear! Por
sim amatum iri. Ita valete! &c